

BREVIS REGVLARVM
TABVLA COMPROBATIONIS.

Radix posita.	Prima,	Secun.	Tertia,	Quarta,	Quinta,	Sexta,	Septi.	Octava	quantitas,
2	4	8	16	32	64	128	256	512	
$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{27}$	$\frac{1}{81}$	$\frac{1}{243}$	$\frac{1}{729}$	$\frac{1}{2187}$	$\frac{1}{6561}$	$\frac{1}{19683}$	
$3\frac{1}{2}$	$12\frac{1}{4}$	$42\frac{7}{8}$	$150\frac{1}{10}$	$525\frac{7}{32}$	$1838\frac{17}{64}$	$6433\frac{119}{128}$	$22518\frac{103}{256}$	$78815\frac{327}{512}$	
7	49	343	2401	1687	117649	823543	5764801	40353607	

Et quia tabula iam est confecta, exemplorum examen, rectene an secus computatio sit facta, hoc modo cognoscetur. Resoluantur numeri denominati in singulis ordinibus, secundum unius numeri ex radicibus positis (eius nimirum per quem probatio instituitur) quantitates, in numeros absolutos, sumptis interim & ijs in singulis ordinibus, qui proprie numeri, nempe simplices, appellantur. Proinde qui ex additis proueniunt simplices numeri, in unum tamen prius collecti, si id collectum, siue totus is numerus, ei qui ex inferiori, hoc est ex summa colligitur, equalis fuerit: recte te operatum scias, at contra si inequalis: reiterandam esse nimirum operationem ipso errore admoneberis. Atque in hunc modum, ultimum quidem per radicem positam 2. quod uero exemplum ipsum precedit, per $\frac{1}{3}$ comprobatum esse scias.

SEQVITVR EXEMPLVM ALIVD.

7	quint.	+ 8	ter.	— 4	ra.	+ 8	N
7	quint.	+ 5	quar.	— 11	ter.	— 11	se.
14	quint.	+ 5	quar.	— 3	ter.	— 11	le. 4 ra. + 8 N

Probatur hoc exemplum per 2.
Numeri ordinis

Primi 576 Secundi 344.
Summa 920. Atque tot etiam unitates simplices, uel tantus numerus ueniet, ubi summa sub linea posita simili modo resoluta fuerit.

Idem exemplum probatum per

$\frac{1}{3}$	$\frac{3}{2}$
+ $6\frac{565}{729}$	14062 $\frac{23}{64}$
— $\frac{374}{729}$	13368 $\frac{57}{64}$
+ $6\frac{191}{729}$	27431 $\frac{1}{4}$
	27431 $\frac{1}{4}$

SUBTRACTIO CAP. III.



IN subtractione id quod subtrahitur, sub eo a quo subtractio fieri debet, ordine scribatur, subducta deinde linea, singularum in subtrahendo appellationum numeri a numeris appellationum similium, eius a quo subtractio fieri debeat, auferatur. Quod si tandem residui, una cum cuiusque caractere & signo, sub linea suo loco positi fuerint, subtractio peracta erit. Hic tamen maxime respectus habeatur signorum + & —. nam per illa quid subtrahendum sit, & quid non, quantum deinde illud sit, de quo subtractio fieri debeat, quantum fuerit initio, & quantum subtractione nunc ei desit, cognoscitur. quae certe omnia nisi animaduertantur: difficilis erit omnis subtractio, contra uero: nulla non facilis, si obseruentur.

EXEMPLA.

Pri.	ra.	N	Ter.	ra.
7	+ 8	+ 14	8	+ 7
3	+ 5	+ 7	5	— 4
4	+ 3	+ 7	3	+ 11

Primum